

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XLI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

iam, antequam plane sunt deleti & abieoti, exemplo esse possunt nobis. De quibus 2. Paral. 36. v. 16. & 33. v. 10. Nos quoque varias experti calamitates, de his debebamus saepius cogitare & in occursum Dei venire. Amos 4. v. 21. atque nos opponere ruinae, Ezech. 13. v. 5. & 22. v. 30. At plenique illa contemnunt cum illis, Matth. 24. v. 39. & genetris Lothi, quibus ridicula videntur ista, Gen. 19. v. 14. Sic nostrates putant, illas calamitates vel casu accidere, vel tamen nihil mali portendere. *We are trifft, den trifft es cogitant.* Nihil ad me, &c.

## III. Pars.

At iustus iudex non impune sibi semper illudi patitur, & si frustra tot comminationes audiantur & sentiantur, tandem æterno exitio destinat impenitentes. Sagittas enim lethales tandem ejaculat, & spiculis infernalibus confidit, atque in æternum perdit.

L. Cum tristitia & horrenda exempla huius rei cernamus in Pharaone, Saule, Sodomitis, &c. certe non debent hæc nobis videri inania terricula menta, ut nonnulli putant.

Non enim irridetur Deus, Gal. 6. v. 7. Et ignis consumens est. Deut. 4. v. 24.

Et iusta sane erit multorum damnatio Rom. 3. v. 8 qui scientes & volentes in manus Domini incidunt, quod horrendum est, Hebr. 10. v. 31. cum sit iudex & teribilis Deus, Malach. 1. v. 14. Deut. 7. v. 21.

Noluerunt agnoscere tempus, & congregari sub alas. Matth. 24. Luc. 19. v. 44 obdutarunt aures Psal. 8. v. 5. & corda, Zach. 7. v. 11. Ergo iusti percunt.

FINIS.  
THEMA XLI.

Psalms. 8. v. 5.

*Quid est homo, quod menor es eis, aut filius hominis:  
& cetera que sequuntur ad vers. 7.*

DIS-

## DISPOSITIO.

Quamuis non hæc tantum verba Psalmi , sed & totus Psalmus octauus , de genere humano à Deo in gratiam recepto possint exponi , tamen de Christo principaliter intelligenda esse , ipsa nobis scripture sacra dictat.

Cum enim Christus , Matt. 21. v. 16. locum ex hoc Psalmo allegarit , contra Pontifices & Scribas , atque ad scilicet psalmum accommodari : sed & Epistola quoque ad Hebreos hæc quæ prælegimus verba , citat de eodem , atque disertis verbis , quod hic homo sit Iesus , qui per passionem mortis coronatus sit , cap. 2. v. 9. nobis ostenderit , extra dubium est , de quo hæc iam intelligi debeant.

His autem verbis , tria de Christo tractantur . Primum de illius persona . Deinde de humilatione , seu statu exinanitionis eius . Tertio de exaltatione , seu statu gloriæ eiusdem .

De his dicemus in præsentis funeris deductione , nec incommode . Quia enim per unum hominem mors intravit in omnes , ( quod hoc præfens funus luctuosum ostendit , ) videndum etiam , quis alter ille homo , qui vitam restituit . Hæc enim Paulus coniungit , Roman. 5. vers. 15.

Ideoque etiam hæc omnia , quæ de Christo traduntur , ad nostrum usum erunt accommodanda . ( NOTA . In Funeribus non necesse , hunc locum de persona Christi polemice tractari , sed tantum ad præfens institutum dirigenda explicatio . Si cui videtur contrarium , is abundet suo sensu . )

## I. Pars.

Miratur David , in spiritu præuidens , ex se nasciturum filium , qui simul futurus esset Dominus . Quod enim præmissionem Dei sibi factam , & incarnationem filii Dei , spiritu Prophetico prædictus , intellexerit , clare patet ex 2. Sam. 7. v. 19. & 1. Paral. 18. v. 17. Et hoc prædicat Psal. 132. v. 11. Iurauit Dominus , &c.

Hoc

I o.  
alimi, sed & res  
à Deo in gra-  
uitate principali-  
tate dicuntur.

tur. Primum  
statu exulta-  
tur gloria civi-  
tatis, secundum  
memoriam motio-  
ris letiolum o-  
mille homo, qui  
venerit, Romas.

christo tradidit,  
la. (NOTA) la  
persona Christi  
is institutum de-  
cium, is abusus

ex se nascitur  
Quod enim per  
sonem filii Da-  
clare patrem et  
radicem, Psalma-

Hoc itaque loco, de eodem filio suo Christo, cum ad-  
miratione loquitur, quid est homo ille? Lætatur super  
hoc facta singulari & admirabili: & gratias agit Deo pro  
tanto honore & beneficio, atq; in hoc homine spem col-  
locat, quod ipsum sit saluatorus.

Et impletam illam promissionem, Christo nato, Ange-  
lus ipse testis est, Luc. iv. 33. Et Petrus, Act. 2. v. 30. Et Pau-  
lus, Rom. 1. v. 3.

Bundem etiam filium hominis vocat, quia ex Maria  
virgine natus: & ut ipse Christus se subinde vocavit fi-  
lium hominis. Factus est enim filius Dei filius hominis.  
Verbum caro, Ioan. i.

Et de hoc quidem homine dicit, quid est, quod memori-  
es eius: scilicet cum tam fuerit abieetus & miser, vt alii  
faciem coram ipso operuerint, Esa. 53. v. 3. & ipse sever-  
mem non hominem esse queritur, Psalm. 22. v. 7. Et pos-  
tauit omnes nostras iniquitates. Ideoq; mirum, quod re-  
spiciat ipsam Dominus, tot obrutum peccatis

De filio autem hominis idem alii verbis reperit. Quid  
est quod visitas eum; quod tantis obnoxium factum ma-  
lis, tandem gloriosum victorem fecisti. Quasi diceret:  
Es muss freylich ein andere Gestalt mit jme haben / dass  
du so viel mit jme zu thun hast. [NOTA. Cætera ex  
Textu Hebreo, elicienda, lubens omitto, quia aliter in  
scholis, aliter coram vulgo hæc tractari debent.]

L. Pertinet autem hæc ad uniuersum genus huma-  
num. Etenim ex hoc maxima Dei bonitas & gloriæ pœ-  
nitentia conspicitur, quod filius Dei humanam induit natu-  
ram, vt memor esset Deus eorum, quorum in æternum  
non debeat amplius recordari, & visitaret atque reci-  
peret eos, qui à facie ipsius erant abiiciendi: propter pec-  
cata.

Nisi enim Deus misisset filium, factum ex muliere, im-  
possibile fuisset saluari genus humanum, Galat. 4. ver. 4.  
Neq; vero nudus homo potuisse nos redimere, quia ini-  
nitus Deus fuit offensus: ideoque oportebat esse ta-  
lem,

Iem, qui esset mediator Dei & hominum, 1. Tim. 2. Et idcirco David vocat hominem, qui est Dominus in excelis. *Supra 1. Samuel. 7.* Filius enim Dei factus homo, qui splendor glorie, Hebr. 1. v. 3. Qui igitur redemit, Deus & homo est in una persona.

Quis vnguam tanti beneficium memoriam condignis celebrabit laudibus?

### II. Pars.

Diximus de persona Christi. Jam de statu exinanitionis.

*Paucot tempore à Deo desertus.]* Tota incarnationis, exinanitionis & passionis historia his verbis comprehenditur; quicquid passus est à nativitate usque ad resurrectionem.

Tota autem persona Emmanuelis sic humiliata intelligitur: sed secundum naturam humanam.

Passum enim filium Dei, Petrus 1. Petr. 3. v. 18 & 4. v. 1. assentur carne, hoc est, in humana natura. Quia diuinitas pati non potest.

Quomodo autem caruerit Deo, patet ex verbis in crucis ex Psal. 22. v. 2 prolatis quare me dereliquisti?

Locvs. Sensit autem Christus hanc desertionem, ut omnia mala, propter peccata nostra, factus pro nobis malerdictum Gal. 3. v. 13. Pro nobis passus, 1. Pet. 2. v. 21. Propter nos factus pauper, 2. Cor. 8. Non ut pergeremus in peccatis, sed ut mortui peccatis viueremus iustitiae, 1. Pet. 2. v. 24. Et apparuit gratia misericordie, Tit. 2. v. 12.

Deinde exemplum reliquit, 1. Pet. 2. v. 21. Philip 2. v. 5. Consolationem haec habent, Quia propter nos facta. Ne propterea desperemus, si etiam nos videamur deseriti à Deo. At non deserimur, 2. Cor. 4. v. 9. Et quis separabit? Rom. 8. vers. 35. Admonitionem simul continent, ut grati simus. Hæc latius explicanda.

### III. Pars.

Sequitur status glorificationis. *Gloria & honore coronabis*

nabu.] Hoc loco intelliguntur ea, quæ post resurrectionem de Christo facta sunt: ut glorificatio corporis, ascensio in cœlum, sessio ad dexteram. Id omne eleganter explicatur Phil. 2. v. 9. & Colossi 2. v. 15.

I. CONSOLATIO ingens, præsertim morituris hinc peti debet, quod qui viuent à Deo deserti, gloria tamen sunt ornandi postmodum, ubi superauerint calamitates. De hoc Rom. 8. v. 17. 2. Cor. 4. v. 17. Et 2. Tim. 2. v. 11. Vide etiam Act. 14. v. 22. Nec est alia via ad gloriam, Luc. 24. v. 26.

II. Gloriarum suarum nostram carnem vult reddere participem Christus, Phil. 3. v. 21. & 1. Cor. 15. v. 49.

Nemo effari potest quanta gloria, quod caro nostra cum Christo regnabit.

## FINIS.

## THEMA XLII.

Psal. 9. v. 10.

*Fa*c*tus* e*s*t Dominus refugium pauperi, refugium in necessitate: & cetera ad vers. 12.

## DISPOSITIO:

Paucula sunt hæc verba in quibus multa continentur ad doctrinam & consolationem admodum utilia. Nos hæc quatuor membra breuiter norabimus: dicturi

1. De Epithero Dei, quod dicitur asylum seu refugium.
2. Cuius sit refugium, audiemus.
3. Quando vel quibus temporibus sit refugium.
4. Quis horum membrorum Iesus, à Davide ipso monstratus.

## I. Pars.

Refugium dicitur Deus, sine protectione, ut est in germanico. Neque hoc tantum loco, sed & Psal. 17. 3. 3. 2.

